UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nucleus Practici Tractatus, De Legibus

Marchius, Ewald

Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661

§. 17. Justitiam servandam præcipit, & ejus violationem prohibet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42256

Visual Library

Tunc accepta magis fiet victoria parta
a Nil eſt *Virtuti* durũ, quod non leve reddit,
Dum generoſus adeſt animus qui mollia
ſpernit,
Ut Roſa, pũctivis obcingitur undique ſpinis,
Virtutem ſic dura fovent, & triſtia firmant,
b Illa voluptates ſpernit, de vulnere gaudet,
c Ut medicina Animæ, præponit triſtia lætis,
Semper in adverſis, ſibimet pulcherrima
merces.

§. 17.

Iuſtitiam ſervandam præcipit, & ejus violationem prohibet.

Pro Juſtitia agonizare pro Anima tua, & uſque ad mortem certa pro Juſtitia, & Deus expugnabit pro te, inimicos tuos. *Eccleſ. 4. v. 33.*

d PRotege *Iuſtitiã*, toto conamine cordis,
e Pro qua ſervanda propriam poſtponito vitam
f Eſt Virtus pergrata Deo, vicinaque Cœlo,
Jus cuicunque ſuum tribuit, dum *juſta* requirit,
Quæ, coram toto, faciet clareſcere mundo,
g Quando malis pœnas, & reddet prœmia
juſtis

Pro-

a *Roman* 5. b 2. *Corinth.* 12. c *ibid.* d *Eccleſ.* 4. e *Ibid.* f *Pſal.* 84. g *Matth.* 25.

Proterit injuſtos , ſummuſque nocentibus hoſtis
h Et ſine reſpectu, æquâ librat cuncta bilance;
Iuſtitiâ læſâ, turbat confuſio Mundum,
Nullus & ordo manet , neve hoſpes ab hoſpite tutus,
Pro libituque , Bonis, Fur, Prædo, Latroque nocebit.

§. 18.

Perſonis miſerabilibus & Pauperibus ſubveniendum docet, & merita Elemoſynarum explicat.

Fili Eleemoſynam Pauperis ne defraudes, & oculos tuos, ne avertas à Paupere, *Eccleſ.* 4. *v.* 1

a AFflictis, ægris, miſeris, plus eſto patronus,
b Hi te defendent, cum mortis venerit hora:
c Pauperibus facilis, largam quoque porrige dextram,
d Theſauroſque tuos Cœlo præmitte fugaces,
e Quos Fur non rapiet, nec bellum aut flamma vorabit,
f Sed certi remanent, totus licet arſerit orbis:

h *Pſal.* 57. a *Iſa* 1 b *Iob.* 29 c *Iob* 31. *Eccl.* 4. d *Luc.* 16. e *Matth.* 6 f *Eccl.* 29.